



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ioannis Ioviani Pontani amorum libri II.

Pontano, Giovanni Gioviano

Venetiis, 1518

Pont. coniux ad tumulu[m] Ariadnæ Saxonæ uxoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13534

LIB. II. VIVIT 81
PONTANVS, CONIVX AD
Tumulum Ariadnæ Saxonæ uxoris.

Quas tibi ego inferias coniux? quæ munera soluam?
Cum lacrimæ, & gemitus, uerbaq; destituant.
Pro ueteri tamen officio, pro munere lecli
Annua lustrato dona feram tumulo.
Tura puer laticesq; sacros. tu uerba sacerdos
Dic bona, & æternos rite precare deos.
Rite sacras adolete faces. mihi mortua uiuis
Uxor, & in nostro conderis ipsa sinu.
Vina mihi ante oculos illa obuersatur imago,
Et mecum lusus, deliciasq; facis.
Vina domum cultosq; lares, remq; ordine curas.
Vina Ariadna domi es, vina Ariadna toro es.
Mecum perq; hortos & culta uireta uagiris,
Et mecum noctes, mecum agis ipsa dies.
Sic mihi uiua uales, sic est mihi grata senectus,
Ut tua mors lasso uita sit ipsa seni.
Hæc ipse ad pheretrum. at tecum mens ipsa moratur,
Tecum post paucos lœta futura dies.
Interea cape & hæc misera solatia mortis,
Atq; in perpetuum fletu Ariadna vale.

LVCII FRANCISCI FILII

Pontanus pater queritur.

Hæs aras pater ipse deo, templumq; parabam,
In quo nate meos contegeres cineres?

I